presentibus quam futuris, qualiter nos VI mansos in villa[a]) Obtiz | ecclesie sancte Marie in Riczowe adiacente ex rogatu domini marchionis Cunradi de Landesberc, qui eam possedit, racionabiliter in manus nostras resignatam eidem ecclesie ad ampliandam prebendam fratrum et sororum ibidem deo servientium liberaliter et in perpetuum assignavimus. Ut itaque factum istud ratum et indelebile permaneat, presentem paginam sigilli nostri inpressione munimus, ut, quicunque ex temeritate vel presumpcione diabolica eam infringere vel incassum audeat revocare, indignationem omnipotentis dei se sciat demeruisse nec non et anathema sit. Huius rei testes sunt: Cunradus marchio eiusdem cenobii prepositus (!). Castellanus de Gubin. Albertus. Hermannus Stranc et alii quam plures.

(SFR.)

155.

[Um 1210.]

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv (Meißen Dep. 23). Das nur in wenigen Fragmenten erhaltene S. an Pergamentstreifen.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,79.

Erzbischof Albrecht I. von Magdeburg befiehlt den Eingesessenen der Lausitz, der Stiftskirche zu Meißen den ihr zustehenden, vom verstorbenen Markgrafen Konrad von Landsberg vorenthaltenen Zehnten unweigerlich zu gewähren.

156.

Markgraf Dietrich vergleicht sich mit dem Bischof Engelhard von Naumburg über streitige Territorialverhältnisse. [Um 1210.]

Hdschr,: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg No. 51. Das zerbrochene S. = Taf. III. 1. Phot. H. St. A.
Gedr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe von Naumburg 271 (nach sehr schlechter Kopie).
Anm.: Die Urkunde ist, ihrem Texte zufolge, nach dem Tode des Markgrafen Konrad († 1210), vielleicht kurz nach demselben ausgestellt.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Theodericus dei gratia marchio Misnensis. | Post mortem dilecti consanguinei nostri Cůnradi marchionis Orientalis talis inter do|minum nostrum Engelhardum Nuenburgensem episcopum et nos compositio facta est, quod dominus episcopus nobis concessit | medietatem omnium utilitatum in Doleye, villam Malsin habebit episcopus, villas Wolvrammestorf et Dieterichestorf habebimus nos de manu episcopi, si ad ecclesiam pertinent, sin autem [non][a]), tenebimus iure proprietatis; parochiam in Doleye, curiam et pomerium habebit episcopus; medietatem monetę in Ztrele et advocatiam super civitatem Ztrele tenebimus de manu episcopi; iudicium in provincia Ztrele dividetur, episcopus habebit et una parte Albię, nos ex altera

154. *a)* VI—villa *auf Rasur mit dunklerer Tinte.*
156. *a) fehlt in Or.*